

De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm
in lucem prodiêre

Complectens Santos Mensivm Novembbris Et Decembris

Surius, Laurentius

Coloniae Agrippinae, 1576-

VD16 S 10263

S. Barbaræ virginis & Martyris vita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77423](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77423)

S. BARBARÆ VIRGINIS ET MARTYRIS VTA, A PETRO GALESINIO, PROTONOTARIO APOSTOLICO, viro insigniter docto, contexta ex Græcis authoribus
Iohanne Damasco & Arsenio.

Decemb. 4.

S. Barbara pater.



A R B A R A virgo & martyr, Maximiano Imperatore Christiani nominis infensissimo hoste, multis & virtutibus & miraculis insignis fuit. Patrem habuit Dioscorum Gracum hominem, nobilem quidem virum, diutiusque affluentem : at impium, & idolorum cultui vel maximis deditum. Huic patri filia planè dissimilis, aeterna salutis appetens, in assidua Dei diuinarumque rerum contemplatione versabatur. Nam ab incœta aetate ita se à rerum humiliis & caducarum cogitatione abduxit, ut cum mundi fabricam sœpe intento que animo consideraret, tum magnitudine eius & pulchritudine animaduxera,

perpetuam constantiam, & certum rerum ordinem admiraretur: facilè indè per-

it peruenienter. Ipexit, tanti operis laude fortunę ac falsis idolis non esse tribuendam: sed aliquem

præfere, qui hæc omnia fabricatus, summa sapientia moderetur, atque conferueret.

Hacque contemplatione summu[m] rerum opificem colligens, in idolorum, qua

pater venerabatur, os confupuit, ac dixit præterea: Vestrī similes sunt, & qui vos fugiunt, & qui vos colunt. Atq[ue] ita quidem puella Barbara, spiritus sancti lumine du-

ce, progrediebatur in fide, & sapientia, & aetate, & gratia.

Eam vnicam filiam pater Dioscorus habuit, egregia forma & morum sanctitate

præstantem: quæ nè ab hominibus videretur, turrim altam edificauit, in quam vir-

inem inclusit. Qua in turri cùm illa, ut potè quæ initio statim contemplationi re-

tum caelestium dedita fuit, vitam traducere, multa secum p[re]ie & religiosè medita-

batur: s[ecundu]sque idolorum nefarium cultum detestata, Christiana religionis fidem

non modò intimis animi sensibus, sed aperte colens, zelo Dei accensa, cùm de di-

uinis ceteris rebus, tum de animæ immortalitate, de caelestibus præmiis, de supplicio aeterno, ac de caducis huius mundi rebus sermonem habebat: in ijsque solis

animi exercitationibus virgo conquiscebat: cuius voluntas in lege Dei fuit, & in

eius præceptis meditabatur die ac nocte. Quibus meditationibus cùm animu[m] vi-

go excoletet, pater impulsus à multis, ijsque nobilibus & potentibus viris, qui sibi

illam in matrimonium dari contendebant, hoc multis verbis ei suadere conatur.

At illa precisiè negat se velle nubere. Stultum enim fore duxit, sciam semel caeli

sponso dicatam, terrenas nuptias inire, hocque pacto à contemplatione rerum di-

uinarum abduci: quæ vna suauissima cogitatione, tanquam saluberrimo cibo, eius

anima alebatur ad aeternitatem.

Itaque pater cùm id impetrare nulla ratione potuerit, perspecta constans filia

voluntate, ab eius oculis longè peregrinari statuit, id certè sperans, vt patris cœdifi-

cio viæ filia, eius voluntati cederet. Sed ex caelestibus illis delicijs, quas pura men-

tis cogitatione virgo concipiebat, tantum roboris accepit, vt nullis minis perturba-

rita, nuptijs vnuquām confenserit, quas terrenas pater apperebat. Iste porrò cùm

peregrinari statuisset, hoc ab eo filia petit, vt balneum sibi edificetur. Consentit pa-

ter, fenestrasque duas, quibus lumen exciperetur, in eo fieri iubet. Hoc adiunctionum,

patre absente, contemplata virgo Barbara, vt fidei, quam religiosè colebat, poste-

ris monumentum relinquere, sanctæ Trinitatis exemplar in eo exprimendum cura-

uit. Itaque pro duabus fenestris, quas pater præscriperat, tres fieri, & labri pau-

mentum Crucis imagine ornari iussit: sicque magna cum fidei sua significatione,

edificium illud obscurum & antri simile, sanctimonia & spiritus plenum demon-

stravit. Pater reuersus, edificij rationem mutatam dolet, * idque propteræ fure-

ter irascitur. Fabri culpam in filiam rejecunt: quæ opportunat hanc na[n]c occa-


sionem, aperte de sacro sancta Trinitatis gloria diuinitus multa dixit. Deinde plus

ribus verbis ad salutarem Christi Iesu fidem cohortata est patrem: qui graui filii

oratione irato[r] factus, vt is, qui omni impierate imbutus erat, è charitatis finibus

egressus, stricto ense vnicam filiam aggreditur.

An

Balneum ei
pater con-
struit.F. isque
Patri fidem
suā explicat

At ea scelerati patris impetum cùm potius miseraretur, quām timeret, ob eam causam, nō ille se filie cæde nefarior inquinaret, vt irruentis in se patris crudelem conatum animaduertit, statim fuga salutem quæsivit: Deique ope tunc è pericu- Magno mi-
raculo liberata, quod ingens saxum mirabiliter se patefaciens, fugienti viam aperuit, dicit morte.
in summum montem se recepit, vbi in specu occultata, patri latéret. O rem verē
omni admiratione dignam: saxum discinditur, vt suo complexu virginem tue-
atur. Pater ea rē admirabili conspecta non commotus, filiam insequitur, vt occi-
dat. Itaque illam diligenter dum inuestigat, in duos pastores incident: quorū al-
ter se puellam vidisse negavit, alter digito ostendit, quo loco latéret. Pater inhu-
Crudeliter
manus filiam vbi inuenit, eius latera pedibus, dorsum pugnis foedè percudit, crini-
bus raptatam, via aspera ac difficult illam trahit. His cruciatibus virgo, tanquam
domus in saxo fundata, quæ neque fluminum, neque ventorum vi concutitur, à fi-
deo Christianæ proposito non remouetur: immò firmior & constantior facta, in
tetur carcere inclidit: vbi ab omnibus defituta, fame & siti afficta, passis
ad celum manibus, à Christo sponso, cuius desiderio tenebatur, auxilium implo-
rat, clamans: Demonstra mihi, quem dilexit anima mea, vbi gregem pascis, vbi Cant. r.
meridiere cubas. Rursus: Vnguentum est effusum nomen tuum, propterea dile-
xerunt te puella, te prosecutæ sunt, dicentes: Curramus in odorem vnguento-
rum mortuum.

Barbaræ virginis constantiam pater ægrè ferens, vehementiori ira exardescit: Præfidi Mar-
camque propterè Præsidi prouinciae Martiano tradit: à quo id magnoperè petit, tano cruci-
viris Barbara filia, Christiana repudiata fide, patrium deorum cultum suscipere cur-
velit, exquisitis torqueatur supplicijs. Præfes autem, nè ira aut perturbatione vlla præfes ei
commoros vidéretur, primum verborum blanditijs, & laudum illecebris, quibus blanditur,
armis ad fallendum satanas vtitur, virginem attentat: cumque de eius pulchritu-
dine, generis splendore, paternisque opibus, tum de alijs rebus, quibus illa facile
allectari posset, multa admodum dixisset, postrem ostendit, se, vt eius statui con-
suleret, deposita magistratus, quem getebat, seueritate, leniter ac benignè secum
egisse. Proinde ipsa daret operam, vt benè monenti pareret, paternamque religio-
nem amplecteretur, tempore & legibus confirmatam. Vbi ea, quæ præfes locutus
est, virgo audiuit, graui pia oratione declarauit, se, quæ terrena sunt, quæque ca- Nihil eff.
duca, aliaque eiusmodi, contemnere, ac pro nihilo putare: eaque toto animo fo-
cium appetere, quæ caelestia sunt, & quæ sempiterna. Propterea non esse dixit, cur
eius confilio pareret: immò verò voce, vultu & animo constanti ac libero san-
ctam Iesu Christi fidem confessa, Præsidem, qui idolorum impietatem malitiosis
blanditijs suadere ei conabatur, vehementer reprehendit ijs verbis: Ego, inquit, Constantia
sacrificare parata sum Domino meo Iesu Christo, qui creauit celum & terram, &
cuius omnia quæcumque cali & terra ambitu continentur. Vefros autem deos detector,
quos Propheta optimè sic descripsit: Os habent, & non loquentur: oculos habent, Psal. 113.
& non videbunt: manus habent, & non palpabunt: pedes habent, & non ambula- & 134.
bunt: non erit vox in gutture eorum. Similes illis sunt, qui faciunt, & omnes qui
confidunt in eis.

Præfes igitur cùm allícere blanditijs virginem non potuisset ad falsum idolo-
rum cultum, tum etiam eius oratione grauius commotus, deposita omni simulatione, vultu tristi ac severo tormenta, quibus illa crucietur, apparari iubet, id ali-
quando sperans fore, vt hac via sibi succederet, quod assequi vehementer conaba-
tur. Itaque virginis vestimenta primùm eripiuntur: deinde nuda neruis bubulis ce- Nuda ner-
ditur: & quod acrius ei dolor inureretur, praecutis restulis vulnera perficuntur, us flagel-
latur. His tamen cruciamentis virgo, & martyr Barbara non fracta, neque debilitata, à
Christianæ religione abduci non potest. Quam animi constantiam in ea Præfes ex-
petus, in carcere tandem illam includi iubet, quoad starueret, quæ grauiora ei
in posterum adhiberet supplicia. In custodia cum illa esset, media nocte car-
cer, vbi erat, clarissima luce collustratur, in conspectumque ei se gloriae Do-
minus dedit: qui & præsentem dolorem consolatus est, & ad reliquias pugnas
arque poenas cohortatione confirmauit: tum vulnera, quæ ei grauia iniusta erant,
fanauit.

Quæ miracula cernens Julianæ religiosa foemina, secum ipsa mirata est, quo mo-
do in ipso ætatis flore illa paterno timore & obscurantia antiquius duxerit se
Ttt 4 per

Christus in
carcere eam
confirmat,

IUS

ETI

SUR
9 be
RVI
5

776

Conuersio
S. Julianaz
matronaz.

Constantes
Præsidii re-
sponder.

Duriſſime
cruciatur.

Iuliana fit
to cia pena-
rum horri-
bilium.
Pſal. 50.

Pater eam
interficit.

Fulmine
propereat
perit.

per tormenta Deo conciliari, quām paternas, quæ ab Præside ei proposita erant, delicias persequi. Hæc igitur non sine summa admiratione animo illa reputans, in idem certamen, quod fortissimè animo Barbara virgo sustinebat, le sponsè coniecit. Sic admirabiliter sanata virgo, maxima fidutia esse cœpit, ita ut tormenta vel grauissima non timeret. Itaque postridie eius diei manè in iudicium cùm ducta esset, neque ullum plagarum, quas acceperat, signum appareret: Præses admirabilis ea curatione perfecta, Vides, inquit, puella, quantum tu curam dij gerant, qui te verberibus grauitate cœsam, sanauerunt? Est igitur, cur illis & gratiam habeas, & cultum tribuas, quorum singulari beneficio in columnis & salua es. Atilla, quia à Christo sposo, non ullis verborum insidijs, non minis, non cæde, non supplicijs diuelli poterat, summa vocis & orationis grauitate in hanc, qua sequitur, sententiam respondit: Dij tui sunt tuū similes, muti, cæci, & sensus omnis expertes, qui cæcis non videndi, claudis non ambulandi, mutis non loquendi facultatem tribuere queunt, non ægros sanare, nō mortuos ad vitam reuocare possunt. Qui hæc omnia præstitit, & præstare potest, is Christus est Iesus filius Dei viu. Hic ipse est, qui me sanauit, quem tu prophaniis oculis, & mente tenebris obducta vide non potes: neque enim tanta dignus es gratia.

Hac oratione Præses vehementius commotus, virginem ferreis vnguis diianiari, eius lateribus faces accenfas admoueri, tum demum caput mallois quibusdam pertundi iubet. Illa vero, coniectis in cælum oculis: Domine, inquit, qui scrutator es cordium, nōsti quanto tñi desiderio teneat: n̄ me derelinquis, quæso, usque in finem. Strenua Christi martyris Barbara iterum grauissimis supplicijs cum torqueretur, ea fortius tulit, quām non solùm mulieris imbecillitas, sed humana natura postularet. At Iuliana, religiosa & pia mulier, cum tetricima, quibus illa afficiebatur, supplicia cerneret, non potuit lachrymas & gemitus continere: non destitit tamen in his lamentis eam ad fidei constantiam cohortari.

Quod cùm Præses animaduerteret, ijsdem tormentis ipsam cruciari imperat. Itaque vni, & item alteri vbera præciduntur, idque ad inurendam sexui grauorem contumeliam. Hoc autem ipso in cruciati beata Barbara ita precabatur: N̄ propicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum n̄ auferas à me. Vberibus præsis, tum vtrique nuda, direptis vestibus, per loca publica passim perducitur. Num ullum aliud commentum hoc scelere foedius excogitari potuit: num aliud contumelie genus tam infigne ad muliebris sexus infamiam? At illa Deo gratias agebant. Nam quo plures impini Præses & iniurias & cruciatus adhibuit, eo plures coronas vtrique imposuit: sibi autem plus dedecoris accessit: id eoque grauiores penas, & plures carbones ardentes capiti suo congeffit.

Posteaquam vero ita foedè in omnes vrbis partes ambæ perductæ sunt, ferrur sententia: capitis damnata, gladio feriri iubentur. Tum vero læta incedunt, non tanquam ad necem, sed sicut athletæ ad ludorum magistrum, victoria palma proposita, quam à Domino accepturæ erant in celis. Cadis minister non aliquis alius fuit, sed pater ipse martyris & virginis Barbara: qui omnis humanitatis expers, & in filia nece nullum sentiens dolorem, triste expleuit ministerium. Cuius feram crudelitatem non diu tulit impunem diuina iustitia, nam statim eopio loco, quo filia caput absedit, fulminibus de celo iactis comburitur. Atque hoc quidem virtutis Barbaræ virginis fuit stadium, hoc nouum certamen, quod illa fortissimè animo, & summa fidei constantia confecit. Hæc est victoria, quam vincit in Christo, & redmita est non oleastro, sed illustri corona gloria: quam laudauerunt Angeli, quam Dominus descripsit in celis, quam admirati sunt homines, & admirantur, plaudentesque predican in Ecclesijs. In memoriam enim sempiternam erit iustus, & iustitia eius manet in seculum seculi, Amen.

MIR.